

Quoddecimo debet quilibet fidelis et timoratus ru-
sticus immo quilibet christianus niti ad bonum no-
men et probam famam apud proximos suos. Hoc est
quod sapiens docet Eccelesiastici xli. ubi dicit. Curam
habe de bono nomine. hoc enim magis tibi permane-
bit quam mille thesauri magni et preciosi. Et Apostolus
monet fideles ut sine offensione sint cunctis homini-
bus. ut quantum in ipsis est testimonium bonum ha-
beant etiam apud eos qui foris sunt. Vbi est notan-
dum quod hec et similia facilia sunt ad dicendum. sed ad
practicandum non ita. immo magna perfectio ad ista
requiritur. Et ergo magni meriti est ad hoc tendere quam
uis pro libito id quod requiritur non poterit adipisci.
Sunt preterea in sacra scriptura quedam ausameta
que disponunt homines ad hoc ut sic bone fame et se-
cure uite. tam quo ad corpus quam quo ad animam.
Primo videlicet quod caueat se a familiaritate magna-
torum et principum. quia raro poterit simplex homo
sic se habere quin periculum incurrat propter difficul-
tatem illis annexam. Vnde et Sapiens dicit. Pondus
super se tollit qui honestiori se communicat. Secun-
do quod officia publica videlicet in quibus uix aliquis
sic caute se custodire poterit quin aliquando a iusti-
cia deuier. sicut Sapiens dicit. Noli uelle fieri iudex.
et in loco magnatorum ne steteris. Hic omnino admo-
nendi sunt rustici. ut a strepitibus iudicialibus sum-
me se custodiant. quia reuera expertissimi et doctissi-
mi uiri ac in uia dei probatissimi in talibus uix sibi pro-
uidere poterint. quod sanam conscientiam et bonam famam
reportent. Tercio quod non uelit se de omni iniuria sibi

illam indicare a
non pua diffin
pori quendo
testandum
fidelis. Hoc
bus conuersio
ueniatur et
cessaria. An
tiombus inf
da secundum
quo efficitur
quod duntax
is negotia
uolens inu
me se purgare
conuenit de
conuicio et
de excommuni
mas. Conuicio
est nobis ne
proximos
morale pec
le secundum
raio est que
quam indicare
et in bonis
simplex conu
rum deliquit
non est negotia
purgatione

illata uindicare ad unguem. sed magis propter bo/
num pacis dissimulare etiam cum damno aliquo tē/
porali quando hoc iuxta bonam estimationem uide
rit faciendum. Hinc Sapiens dicit. In multis esto q̄/
si nescius. Hoc est autem uerbum. Qui em̄ cuꝝ homini
bus conuersatur cito offendit aut offenditur saltem
uenialiter. 7 ergo continua patientia est in talibus ne
cessaria. Nam qui iugiter criminationibus 7 inculpa
tionibus insistit. 7 ad omnem flatum irascitur. 7 cun/
cta secundum caput proprium disponere contendit.
cito efficitur odibilis. per consequens bonum nomen
quod diuitiis melius est perdet. Quarto in ardu/
is negociis consulte procedat. 7 si quando per mali/
uolos iniuste diffamatus fuerit. q̄ de talibus legiti/
me se purgare festinet quantum poterit. Nec debet cē
contentus de conscientia sua pro eo q̄ ipse sibi bene
conscius 7 securus est. q̄ talia non commiserit. qualia
de eo dicuntur. ¶ Nam sicut dicit beatus Augusti/
nus. Conscientia 7 fama due res sunt. Conscientia
est nobis necessaria propter nos. fama uero propter
proximos. Et ideo contemnere propriam famam est
mortale peccatum. Et negligere est ueniale uel morta
le. secundum q̄ negligentia est maior uel minor. Cuiꝝ
ratio est quia est directe contra dilectionem proximi
quam edificare tenemur per conuersationem bonam
Et in huiusmodi magnis infamias abluendis debet
simplex homo semper habere recursus ad aliquem ui
rum disciplinatum pro consilio inquirendo. quia
non est negocium puerile. Si autem post legitimam
purgationem infamia talis fuerit continuata.

non debet curare aut nimis dolere. sed cū beato **P**an
lo per infamiam ⁊ bonam famam ad celoz regna dis
cat peruenire. **N**am enim non habet quid ultra facere
possit. ⁊ ergo debet dño deo totū omittere. **S**ic perfe
cti uiri iubent tollerare infamiam iniuste illataz. **P**ro
pter ueritatem ⁊ tamen nullo modo debent dare occa
sionem q̃ de ipsis mala fama iuste ualeat suspicari.
Et hinc tangit ratio difficultatis supradicte viz q̃
hō ex corde soli deo cupiat placere ⁊ omnez fauorē
⁊ honorem humanum contemnat. ⁊ tamen sic uenera
biliter uiuat hōi sicut dō. sed oblatum honorē deo
affcribat. neq̃ contumelias iniuste illatas penset. **H**ec ē
ars artium ⁊ perfectio perfectionum. **E**t q̃uis uix re
periat aliquis etiam inter uiros alte professōis qui
eam perfecte habeat tamen multi simplices laici ipaz
a domino mirabiliter obtinuerunt. ut in sancto **J**ob
Ethobia. **P**aulo. **S**colastica. **A**lexio. **F**rancisco ac ali
is innumeris aperte claruit. **E**t quia hodie non ē ma
nus domini abbreviata. ideo nemo desperare debet.
sed iugiter ad meliora conari. **D**emum auisandi
sunt boni laici. ut caute cum proximo suo ambulent
ne uerecundiam amittant. quia ex hoc multa mala
sequuntur. **Q**uanto enim est conditio uilior tan
to est ad uicia procliuior. **N**ec proinde si semel ho
mo pauper ⁊ degener uerecundiam amiserit. totaliter
deinceps putrescit. sicut pomum cute detractum. nec a
liquod scandalum incurrere formidat. **S**ed q̃diu inte
gram uerecundiam habuerit. cohibetur ⁊ preseruatur
eam a multis peccatis. **D**e aliis occasionibus scanda

terum
ma
plur
plur
Sap
pro
nisi
lum
⁊ ad
post
per
Sum
rui
pot
uim
pro
nam
fuge
Don
som
imp
tene
ad
cari
nam
di
relic
Et



lorum superfluum est hic scribere. Scit quilibet sensa-
tus laicus quid sibi displicet in uicino suo. q̄ etiā dis-
pliceat in seipso. Et quod placet sibi in illo hoc etiā
placeat sibi in seipso. et ita faciat et optime proficiet.
Doctrina Sapientis est. In teipso disce proximum
et in proximo disce teipsum. Estote igitur uenerabiles
rustici s̄m diuina monita perfecti secundum modu/
lum uestrum. quia dominus deus uester perfectus est
et ab omni specie mali abstinete uos quatenus tandē
post huius uite miseras eterne glorie mereamini reci-
pere coronas. Amen.

Decimotercio debet quilibet fidelis et timoratus
rusticus se cauere a societate mala et consortio
potantium et iurantium. ac omnium qui sine timore dei
uiuunt. Nec est doctrina sapientissimi Salomonis in
proverbis. capitulo quarto. ubi sic dicit. Ne delecte-
ris in semitis impiorum nec tibi placeat malorum uia
Fuge ab ea ne transeas per illam declina et desere eam
Non enim dormiunt nisi malefecerint. et non rapitur
somnia ab eis nisi supplantauerint. Comedunt panem
impietatis et uinum iniquitatis bibunt. Via impio-
rum tenebrosa nesciunt ubi corruant. Respicit dominus ui-
as hominis et omnes gressus illius considerat. Iniqui-
tates sue capiunt impium et fimbria peccatorum suo-
rum constringit. Ipse morietur. quia non habuit dis-
ciplinam. et in multitudine stulticie decipietur. **H**ic
est aduertendum. q̄ homo nascitur cecus quo ad in-
tellectum et procliuus ad malum quo ad affectum.
Et ergo bona educatio est sibi summe et maxime